

Johannes Corfinius

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius ... Ad Exequias, Quas Matronae ... Annae Havemans/ Matri suae unice dilectae, Liberi moestissimi parabunt Hodierno die hora 1. in Templo B. Virg. Omnes Academicos Cives ... invitat

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770858821>

Druck Freier  Zugang





Corfinius, J.,
in A. Haveman,

uxor. J. Neunhagen.

Rostock, 1652.

38





117

Imp.
PROGRAMMA

103

Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES CORFINIUS,
SS. Theol. D. Moraliū Professor,
& Pastor D. Mar.

Ad
Exequias,

Quas
MATRONÆ HONESTISSIMÆ
ANNÆ *Havemans/*

Matri suæ unicè dilectæ,

Liberi mœstissimi parabunt

Hodierno die horâ I. in Templo B. Virg.

Omnes Academicos Cives per-
amanter & sedulò invitât.

§(oo)§

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Academ. Typogr.
Anno M. DC. LII.



Obstupescunt merito prudentio-
 res quoties stuporem quam pluri-
 morum advertunt, fœcordiamq; ho-
 rum vident plusquam puerilem, qui
 non nisi perfunctorie expendunt
 celerem necis accessum, vitæq; re-
 celsū velocissimū, quamvis itera-
 tis funeribus, & quotidianis exequijs nihil esse frequen-
 tius abunde explorare queant. Nuperrimè foliorum de-
 fluxum mensibus his autumnalibus contemplati fui-
 mus, quæ subitanei nostri discessus documenta sunt fa-
 tis evidentia, si Poetarum Principi fides non erit dero-
 ganda,

Οἷηπῆ Φύλλων γενεὴ τοίνδε καὶ ἀνθρώπων

Tale quidem genus est hominum quale est foliorum.

Veruntamen nulli mirum esto quod defluentia homi-
 nes minus commoveant folia, cum ne ipsæ quidem so-
 lenniores exequiæ quas vident, ipsorum percellant ani-
 mos. Moribundorum caligare cernimus oculos, & il-
 los subinde quoq; claudimus, sed quotusquisq; oculo-
 rū priorum in extremo necis agone occludendorum
 futuram caliginem æqua mentis lance trutinat? Næ-
 nias threnosq; audimus, Epicedia typis excusa toties
 volvimus ac revolvimus, adeoq; ad finem devenisse vi-
 tam defunctorum ultrò profitemur, nostram verò pro-
 pediem finiendam esse & unoquoq; temporis momen-
 to imminere vitæ exitum non nisi frigidè asserimus
 credimusq; quocirca glaucomatibus nostros fascina-
 mus oculos, & blandimenta nobis metipsis suggerimus,
 sed prorsus frustranea. Deceptorum technas singuli

ave-

averſamur, & ne illorum confutis dolis circumveniamur omnes prudentiæ intendimus nervos, quantopere verò fraudulentam deceptricis ejuſmodi imaginationis calliditatem, in intimis cordis reſſibus latentem, averſari conveniebat, & angue pejuſ deteſtari? Utinam relegaretur tandem error iſte obſoletus, nimiumq; fixus, utinam unusquiſq; mortalium ſibi conſtantiffimè perſvaderet, bullam eſſe vitæ noſtræ tractum, atq; vaporem, vel ſi bullâ quicquam levius, & velocius vaporem offendi queat, huic rite aſſimilari. Sed ſomnolentia obſiſtit torporq; , quo minus talia examinent mortales, quæ examinare debebant exactiffimè. Mortis accelerantis occurſum inſtar ſomnij ſpernunt ſecuri, & contemtiſſimè habent, cum multò rectiùs vitæ hujus negotia velut mera & vera ſomnia eſſent nihili faciendâ; Quanta phantaſmatum copia dormitantes ſæpius coarctet, quamq; exagitet miſeros vana & evaneſcens ſpecies, quæ objicitur, in aprico eſt. videntes audientesq; nec vident revera quicquam, nec audiunt, guſtum lautiffimis ferculis recreare videntur, ſed deliciis evanidis, circumcuſſitant, ſudant, conferunt, altercantur, & negotia ſtrenuè videntur exercere, demum fracto ſopore evigilantes ſeſe fruſtra deluſos fuiſſe, mentemq; inaniter rerum nō exiſtentiū ſimulachra pinxiſſe demirantur, neq; abſq; tædio recordantur; Haud abſimili ratione in orbe hoc imaginationes vigilantium ſomniis erunt accenſendâ, veniunt illæ & abeunt, occurrunt, refugiunt, & priuſquam comprehendantur, avolant. Quamvis verò iſtiuſmodi ſomnia eſſe plæraq; quæ in mundo ſiſtuntur non abnuamus, inſciamur nihilofecius ſtrenue indigitatum mortis acceſſum inſtar ſomnij eſſe flocci faciendum, neq; enim mox ſpecies eſt adulterina phantaſiam

Iudificans, sed ingens hostis repentinâ irruptione incautos prostermit atq; trucidat. Neq; est quod quis existimet se hujus ferulæ subtractum iri, nullus etenim legibus illius exemptus erit, universi & singuli ad censum vocantur, neq; ipsa balbutiens infantia, neq; florens adolescentia, neq; vigor juvenilis & virilis habet, quod durissimi hujus prætoris jussui opponere queat, ut illius recalcitret compulsionibus, scilicet.

*Fata manent omnes, mortiq; expectat avarus
Portitor.*

De Xerxe res memorabilis est auditu scituq; dignissima, cum idem exercitum suum innumerum contempleretur, lachrymasq; funderet cōpiosas, rogatus ab Artabano quid fletus iste sibi vellet? respondit. Reputantem me quam brevis sit humana vita, subiit horum miseratio, quorum, quum tot sint, nemo ad centesimum annum supererit; sed iste illicò reponebat, Atqui alia quam istud est, vivendo miserabiliora patimur, nam in tam brevi vitâ nullus hominum adeo felix extitit, neq; horum, neq; aliorum, cui non crebrò, nedum semel, subita sit animo moriendi voluntas potius quàm vivendi, incidentes etenim calamitates morbiq; vitam perturbant, efficiuntq; ut cum brevis sit, nihilominus perlonga videatur. Quotquot proinde fragilitatem, & pedissequam mortalitatem maturè atq; quotidie in ipso etiam fortunæ blandientis fastigio constituti examinant, & viatorum more quasi singulis horis emigraturi sarcinulas suas colligunt, nã isti demum suis probè consulunt rebus. Longè remotam arbitrantur plerumq; mortem qui in re lautiori vitam transigunt, sed quò remotiorem existimant, cò velocius ipsa ut plurimum appropinquat; umbra grandior apparet solis lumine ad occasum vergente,
verum.

veruntamen ea magnitudo quo major conspicitur, eò
proprior est nocti. haud secus vita hominis instar um-
bræ fugax est & vana, atq; tum vicinior plærumq; in-
fortuniis, & internecioni, cū felix magisq; beata videtur
& deprædicatur. Ista qui evolvunt fluxarum & evane-
scentium mundi curarum fasce animas levant, ad cæle-
stia aspirant, & illis animas expleri unice desiderant.
Hujusmodi desideriis suum quoq; exhilaravit animum,
& contemptis terrestribus quæ superna sunt unice expe-
tit *Matrona Honestissima & Virtutum ornamentis Egregia*
ANNA Havemans / cujus exanime corpus hodie tu-
mulo erit committendum. Edita ista est in hanc lu-
cem Anno millesimo sexcentesimo quarto, in oppi-
dulo Cröpelinensi, & procreata fuit Parente Viro Specta-
tissimo & Integerrimo JOHANNES Haveman / nun-
cupati Oppidi Senatore, & Templi Ædile vigilantissimo,
Avo autem Viro Prudentissimo JOHANNES Haveman /
Consule Cröpelinensi fidelissimo, Aviâ paternâ Orna-
tissimâ Fœminâ ANNA Krügers. Matrem venerata
est Lectissimam Matronam MARGARETHAM
Krügers / Viri Integerrimi JACOBI Krügers / Civis
quondam Rostochiensis optimi, & Honestissimæ Fœ-
minæ ANNÆ Brügggen / Filiam. His orta fuit Paren-
tibus, qui Filiam Dei munere oblatam Christo deinceps
Baptismate interveniente consecrarunt, & non segnem
impenderunt operam, ut decore virginalium virtutum
ornata, atq; culturâ infucata pietatis instructa exeresce-
ret, & præterea ad expedienda rei familiaris negotia,
idonea efficeretur, namq; dos præclarissima est virtutum
apparatus, quod elegantissime expressit Comicus. fœmi-
nam scitè hæc efferentem introducens: Non ego illam
mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur, sed pudicitiam, &

pu-
dorem, & sedatam cupidinem, Deum metum, paren-
tum amorem, & cognatum concordiam, ut munifica-
sim bonis, & pro sim probis. Hac dote cum pie Defun-
cta esset ornata facile ambientem Maritum reperiebat
in ipso ætatis flore, cum annum obtinuisset decimum
septimum, quo tempore cum jam Parens mortalium con-
sortio exemptus esset, superstitis Matris, Cognatorumq;
unanimi suffragio elocata fuit Viro Præstantissimo, &
Spectatissimo Dn. JOHANNI Neunhagen/ Præfe-
cturæ Schwanensis Inspectori, cui ab Illustrissimo & Re-
verendissimo Principe ac Dn. Dn. JOHANNÉ AL-
BERTO Duce Mecklenburgico &c. felicissimæ recor-
dationis, illa Præfectura commissa erat; quo cum trans-
egit annos septendecim, connubiumq; pacatum habuit,
& pro nutu amabile & jucundissimum; Neq; sobole de-
stitutum vidit thalamum, sed illam munificentia divina
numeriosorem suscepit, liberorum namq; decem geni-
erix salutata fuit, & mascula quidem prole sexies Mari-
tum exhilaravit, verum ex istis unicus duntaxat vivorum
auget cætum, Vir Politissimus & Humanissimus! Dn.
DANIEL Neunhagen/ Civis & Cerevisarius Rosto-
chiensis non postremus, reliqui jam pridem juxta cum
Genitore ex hac miserabili valle avocati telluri concre-
diti sunt, videlicet JOHAN-ALBERTUS, JOHAN-
NES, ERNESTUS I. ERNESTUS II. & CASPARUS.
Filiis insuper quatuor enixa est, quarum natu maxima,
Pudicissima & virtutum ornatu Egregia Fœmina MAR-
GARETHA fœdere conjugali sociata est Viro Inte-
gerrimo & Ornatissimo, Dn. HENRICO Rothen/
Civi & Institori apud nos industrio, Secundò-genita
Maria antehac orbi valedixit, supersunt adhuc Lectissi-
mæ Virgines ANNA & CATHARINA, quæ
singu-

ſingula una cum Fratre dulciſſimæ & deſideratiſſimæ Matris (quam
prolis amantiſſimam, & in difficultatibus promtiſſimam perſpexerant
Nioben) obitum amarè deſent, quorum luctum pellat Jehova, ani-
moq; conceptum mærorem ſuo reſocillet ſolamine prolixo. Non
exiguum quoq; inde concipere potuit gaudium, quod neporum ger-
mina florentiſſima exciperet, vidit etenim ex filio nepotem unicum
haud pridem una cum Nuru demortuum, atq; ex filiâ quatuor amplexa
eſt liberos, quorum binos Matri terræ traditos præmiſit, binis vero in-
orbe relictiſ benedictione ſacrâ præmiſâ valedixit. Sed ut dulcibus
perpetuo intermiſcentur amara, ita gaudii quoq; connubialis ruptu-
ram ſummo animi mœrore experta eſt, quem ex deſideratiſſimi Mariti
divulſione concepit, hunc etenim Anno trigeſimo octavo (qui ob luem
Epidemiam longè lateq; ſerpentem conjuges complures, Parentes in-
ſuper & Liberos in prægrandem præcipitavit luctum) ipſo Dominicæ
Aſcenſionis Profeſſo ad urnam deferendum lugens amiſit. Viduarum
calamitatem in orbe ſatis oneroſam, & non uni expoſitam verſipellium
mundi ſectatorum injuriæ & vaſtitiæ non per unicum alterumvè tole-
rabat annum, ſed integrum ſeptennium piè pudiceq; viduarum virtutes
exprimendo abſolvebat, & adverſitates, quas illis objici creberrimas
notum eſt, animi tranquillitate & laudatiſſimâ concoquebat patientiâ.
Septennio illo luctuoſo finito cæleſti diſponente providentiâ ſecundâ
vice matrimoniali juncta fuit fœdere Anno 1645, Viro ſpectatiſſimo
& Integritate Eximio DN. HERMANNO Dornſampff / Civi
Gultroviendiſ & Ducali Oenopolæ, cum quo quadriennium vixit, &
quæ à fidâ deſiderantur vitæ Sociâ abundè & fideliter executâ eſt,
donec & iſte Anno milleſimo ſexcenteſimo, quâdrageſimo nono, menſe
Julio ad cæleſtem migraret patriam; cumq; denuo ad viduarum tranſ-
iret claſſem, ab illo tempore vitam elegit ſolitariam, & hoſce annos
reſiduos ſincero pietatis exercitio addixit. Cæterum à morbo-
rum inſultu haudquaquam immunis erat, quin tabes pertinaciſſima
uſq; adeo illam ſubegerat, ut integro biennio lectulo adhæreſcere
coaſta ſit, medicaminum equidem apparatus ſuppeditabatur, nec
indefeſſa Medicorum cura & vigilantia quicquam negligebat, ſed
pelli tolliq; haud potuit viſ maligna. Quocirca ſuſq; deq; habitis
evaneſcentibus mundi theſauris non perituram appetebat civita-
tem, &

tem, & *πλίπυμα* sursum quærendum esse animadvertēbat, ergo
cælestia anxie quæsit, eductisq; suspiriis copiosis desideravit,
atq; demum voti compos reddita placidissimè spiritum Conditori
reddidit, & astantibus Liberis dulcissimis Cognatisq; propinquioribus
expiravit, completo quadragesimo octavo ætatis anno. Hæc ultima
fuit vitæ linea, quæ omnium nostrarum rerum communissima erit cata-
strophe, neq; istâ *ἐπιθανασία* quicquam felicius existimandum erit,
hanc enim si quis neglexerit, vanum erit, quantumvis omnia exa-
mussim & exactè discussērit, & singula usq; ad miraculum accuratè
noverit. Expendamus potius punctum esse quod vivimus, & adhuc pun-
cto minus, excutiamus quam callidæ fallacesq; sint universæ mundi
voluptates, quæ ideo nos amplectuntur ut strangulent, quamq; dolosi
sint honores reputemus, qui nos sublimant ut deinceps præcipitent,
æstimemus rectius quam umbratile, falsumq; sit, quam imaginarium,
breve, & incertum omne illud, quod hæc omnia quæ in mundo adsunt,
etiamsi ex voto simul affluent, nobis præstare possunt.

Hæc nostra Macarites maturè ad animum revocavit, & quod
enucleatius illa in hac fragilitate examinaverit, aliquando jucundâ recor-
datione in securâ cælestium felicitate expendet, ac de illa sibi gratu-
labitur meditatione.


Corpus verò illius cum in æde B. Virg. sacrâ hodie ritu Chri-
stiano sit tumulandum, vestrum erit CIVES Academici exequias
frequenti comitatu ornare: Quod officii genus quo majorem habet
pietatis commendationem, eo promptius præstandum existimabitis.

P.P. sub sigillo Rectoratus die XXII. Nov.

Anno 1652.

Conventus fiet in Templo B. Virg.







veruntamen ea magnitudo quo major co-
proprior est nocti. haud secus vita homin-
brae fugax est & vana, atq; tum vicinior
fortuniis, & interneconi, cū felix magisq;
& deprædicatur. Ista qui evolvunt fluxari-
scentium mundi curarum fasce animas lev-
stia aspirant, & illis animas expleri unice
Hujusmodi desideriiis suum quoq; exhilara-
& contemtiis terrestribus quæ superna sunt
tuit *Matrona Honestissima & Virutum orna-*
ANNA Havemans / cujus exanime corp-
mulo erit committendum. Edita ista ef-
cem Anno millesimo sexcentesimo quar-
dulo Cröpelinensi, & procreata fuit Parente
tissimo & Integerrimo JOHANNES
cupati Oppidi Senatore, & Templi Ædile vi-
Avo autem Viro Prudentissimo JOHANNES
Consule Cröpelinensi fidelissimo, Aviã p-
tissimã Fœminã ANNA Krügers. Mat-
est Lectissimam Matronam MARGA-
Rösters / Viri Integerrimi JACOBI
quondam Rostochiensis optimi, & Hon-
minæ ANNÆ Brüggen / Filiam. His or-
tibus, qui Filiam Dei munere oblatam Chi-
Baptismate interveniente consecrarunt, &
impenderunt operam, ut decore virginali
ornata, atq; culturã infucatae pietatis instr-
ret, & præterea ad expedienda rei famili-
idonea efficeretur, namq; dos præclarissim-
apparatus, quod elegantissime expressit C-
nam scite hæc efferentem introducens: M-
mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur, sed

A 3

